

Sinceris literarum  
æstimatoribus, patronis,  
antistitibus et favioribus  
sal...

Hahn, Petrus Olai,

*82 Aa 16/3*



National Library  
of Sweden

SINCERIS LITERARUM ÆSTIMATORIBUS,  
PATRONIS, ANTISTITIBUS ET FAVORIBUS

SALUTEM ET INCOLUMITATEM EXOPTAT

M. PETRUS HAHN,

PROFESSOR PHYSICES, BIBLIOTHECARIUS  
ET BRABUTES LEGITIME CONSTITUTUS.



Memorable est effatum Aristophanis, quod in Hecuba illius legitur: *ὅτι οὐ μισθὸς ἔστιν, ἐστὶ δὲ ἡ τέχνη.*

Ubi nullum præmium, ibi nec ars viget. Et, licet ipsa virtus sit sibi pulcherrima merces, quæ sua luce alienæ commendationis averfatur auxilium: Etenim amplissimum præmium ex omnibus est virtutis gloria: Quemadmodum enim vitiiis proposita sunt supplicia; ita virtutibus præmia. Ea tamen est humani ingenii conditio, ut non immerito dixerit nonnemo: Qvis virtutem amplectitur ipsam, præmia si ollas? Nihil enim à quoquam expetitur, nisi cujus fructus antea provifus est; sed eò impenditur labor, unde emolumentum speratur & honos. Quod ipsum maxime pio & prudenti consilio expendens Augustissimus & Potentissimus REX CAROLUS XI. SVECORUM, GOTHORUM WANDALORUMQUE REX; MAGNUS PRINCEPS FINLANDIÆ; DUX SCANIÆ, ÆSTHONIÆ, LIVONIÆ, CARELIÆ, BREME, VERDÆ, STETINI-POMERANIÆ, CASSUBIÆ ET WANDALIÆ; PRINCEPS RUGIÆ; DOMINUS INGRIÆ ET WISMARIÆ: NEC NON COMES PALATINUS AD RHENUM IN BAVARIA, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM DUX, &c. &c. Dominus & REX noster Clementissimus: Qvi, ut humanam & divinam sapientiam, majori Patriæ commodo, promotum irer, celeberrimam hanc, ad Auram, Academiam, tanquam optimarum Artium & Scientiarum Officinam à suis Majoribus gloriosæ memoriæ Regibus institutam, nunquam satis laudando zelo, in hoc septentrione, clementissime sustentat & conservat, ut, iis, qui in studiis insignes & excellentes fecissent progressus, Doctorum & Magistrorum tituli, jura, privilegia & immunitates, solenni ritu & ceremonia conferantur. Qvi justis ornati præmiis, debitaque mactati virtutis gloria, aliis essent exemplo & incitamento, ad insitendum eidem virtutum tramiti. Nostrum proinde est, summa & devota animi submissione prosequi, & humilimo corde devenerari incomparabilem curam Regis nostri clementissimi: Qvi, ut virtuti constarent præmia, literisque sua essent pretia; præmio enim & poena tota continetur etiam Respublica literaria; in absentia Celsissimi & Illustrissimi Comitum, Domini GUSTAVI ADOLPHI DE-LA-GARDIE, Regii Senatoris, in supremo Dicasterio Holmensi Præsidis, & Regiæ hujus Academiæ Cancellarii magnificentissimi, ad votum desideriumque Reverendissimi Domini EPISCOPI, Academiæ Pro-Cancellarii, & Amplissimi Senatus Academici, Regio suo scripto, Facultati Philosophicæ, singulari clementia indulfit, ut, circa hoc tempus, etiam natali Regis nostri maxime notabile, in Regia hac Universitate, Honores Magisterii, velut illustria laborum & studiorum præmia & testimonia, eruditissimis integerrimis elargiretur. Et, cum huic Solennitati dictus sit 26 Novembris anni vergentis. Iccirco quosvis ordinis nostri amantes, Patronos & Fautores, pro ratione muneris, æstimationis & dignitatis, reverenter & perofficose, Nomine Amplissimæ Facultatis Philosophicæ invitamus & rogamus, ut dicti diei hora octava, signo Campana dato, in Auditorio Minori comparere dignentur, inde Dominos Candidatos, processu Academico, in Brabeuterium deducturi, piaque vota pro eorumdem incolumitate & piis conatibus ad DEUM fuluri. Valete. Dab. Aboæ 22. Nov. Anni reparatæ salutis 1694. Sub Sigillo Facultatis Philosophicæ.

Finl.  
H. H. H. H.  
100  
1694  
FOL. 1



ET FAMILIARIBUS  
ET PATRIBUS

HALLI

DE ROTTERDAMO  
CONSTITUIT

M. P. PETRI  
PROFESSOR  
ET BRASILENSIS

Emorabilem et clarissimum  
M. P. PETRI  
PROFESSOR  
ET BRASILENSIS



SINGULARI LITTE  
PATRONI, ANTI

M. P. PETRI

PROFESSOR  
ET BRASILENSIS

Emorabilem et clarissimum  
M. P. PETRI  
PROFESSOR  
ET BRASILENSIS

Emorabilem et clarissimum  
M. P. PETRI  
PROFESSOR  
ET BRASILENSIS